



ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ
Contemplationum Physicarum,
S E #

Collegii Acroamatici
DISPUTATIO PRIMA,
DE

DEFINITIONE,
DIVISIONE, ORDINE ET
METHODO PHYSICÆ,

Quam
Propitio Naturæ Conditor & Auctore,
In Palæstrâ Ornatissimorum & Doctissimorum
Viro - Juvenum,

PRÆSIDE
M. MICHAELE KALERTO,
Cizâ-Misnico, SS. Theol. Stud. & Alum. Elect.

tuebitur
JACOBUS GERLACHIUS,
Schwinfurto - Francus Phil. Stud.

Ad d. II. Februar. Anni M. DC. XXVI,

Loco & horis solitis.

LIPSIÆ,
Typis exscribebat GEORGIUS LIGER.

PROOPIA

Conspectus methodi Physicorum

3 2 2

Collegii Astronomici

DISPUTATIO PRIMA

DE

DEFINITIONE

DIVISIONE ORDINE ET

METHODO PHYSICAE

PRIMA

Propria Methodi Astronomiae & Astronomiae

In Regio Christianissima & Palatinatus

Palatinatus

Præsidi

M. MICHAELIS KALERTS

Cons. Palatinatus, SS. Theol. Stud. & Alum. Elect.

scripsit

JACOBUS GERLACHUS

Studente Palatinatus & Stud.

Abd. n. Febr. Anni M. DC. XXVI.

Loco & horis solitis.

ESTIA

Typis exstans Georgius Jäger





BONO CUM DEO!

πρόθυρον εὐκτακόν, διατακτικόν.



Uando effigiem, veris ac vivis coloribus expressam eminus aspicias, singularem quidem gratiam in ea deprehendis, accuratorem autem oculorum tuorum aciem ubi admoveas, majorem quasi nativæ venustati & elegantiae factam esse accessionem vides: Ita quoque rerum naturalium pulcherrima εὐταξία καὶ εὐτακία & pulchritudo, per transfennam & ἐπιπολαιῶς considerata, mentes in sui admirationem rapit, quæ, ubi ἀκριβεστέραν contemplationis curam adhibent, & τὰ αὐτῶν αἰσθησέων πορρωτάτω πενιτιus rimantur, exactissimam cognitionem, voluptatis novæ effectricem, percipiunt. Et hanc accuratorem ipse Philosophus à quovis sapientia candidato exigit, quando 1. Eth. 1. in hæc verba erumpit: πεπαιδευμένους δεῖν, ἐπὶ τοσούτοις τῷ ἀκριβέστε καὶ ἑκάστον ἕξ ἐπιζητεῖν, ἐφ' ὅσον ἢ τὸ πρᾶγμα τὸ φύσις ἐπιδέχεται, subinnuens, istos Vacuæ satellites immane quantum errare, qui nescio quam Minervam Atticam sibi persuadentes, malunt diligenti rerum abstrusarum speculatione supersedere, quam eas primoribus saltem labris degustare. Nos itaque physica θεωρίας dulcedine, velut illicius quibusdam deliniti, non in cortice herebimus, sed ad interiorē medullam penetrabimus, & delectu habito, præcipua tantum, quæque vel insignis commendat utilitas, vel suprema necessitatis lex requirit, brevitate dextrâ & perspicuâ adducemus. Quod institutum nostrum ille, qui

qui πάντων τῶν φύσιν ὄντων δημιουργὸς σοφώτατος, DEUS felicissimo dignetur auspicio, & in nos sua gratia rivulos deriveat largissimos, ut nobis, quantum loci, temporis & argumenti captus fert, grata ipsi, Christianæq; Reipublicæ salutaria dicere liceat. Omne proinde fausto opus hoc aggressuris commodè veniat in mentem ἀξιόπιστον illud & decantatissimum Metaphysicorum effatum: essentiam tum rei, tum affectionum, rem, consequentium esse fundamentum unicum. Ne ergo τῆς διγασ ἀμαρτάνωμεν, & in primo statim limine impingamus, placeat essentiam & naturam Physicæ διὰ βραχέων explicare, quatuorq; distinctis sectionibus inclusam veritatis incudi submittere: in 1. videbimus illius definitionem tum nominalem, tum realem: In 2. divisionis ἐξάπλωσιν exhibebimus: In 3. de ordine ejusdem saniorum Philosophorum sententiam exponemus: In 4. de illius Methodo agemus.

SECTIO PRIMA

ἑρσοσνεπίκη.

THESIS I.



T signatas in schola sobriè philosophantium observemus orbitas, à definitione nominali, & evolutione ambiguitatis, velut primis carceribus excurrimus, cum à vocis usu sæpenumero provehamur in rei perceptionem. Scal. exerc. 1. sect. 1.

2. Dicitur igitur Physica ἀπὸ τῆς φύσεως, quod est ἀ φύσιν, nascor, idè quod hoc genus doctrine penitus rerum naturalium recessus scrutetur. Vocatur etiam φυσιολογία, quia circa res natura constantes est occupata: Socrati apud Platonem ἐπίσοφία περὶ φύσεως: Ciceroni Naturæ ratio, 1. de Nat. Deor. & naturæ explicatio, 3. & 4. de Fin.

3. Ipsum

3. Ipsum autem vocabulum Physicæ aliquando sumitur νοῦς καὶ ἐν πλάτῳ: aliquando verò strictè. Latè usurpant hanc vocem stoica doctrina sequaces, quando Philosophiam dividerunt in Physicam, Ethicam & Logicam: ubi Physica sub se complectitur Metaphysicam, Mathematicam & Physicam speciatim ita dictam. Strictè verò usurpatur pro ea Philosophiæ theoreticæ parte, quæ Mathesi & Theologiæ contradistinguitur; quo in significato à nobis attenditur.

4. Nunc ad definitionem φυσικῶν. Est autem Physica scientia corporis naturalis, quatenus est naturale. Quæ definitio nobis velut ὁ ψῖν ὑπὸ μίαν producit conspiciendam ipsam Physicæ essentiam, quam exprimit per genus & differentiam: ideoq; illius ἐξ ἑσφ. paululum inharebimus.

5. Genus ponimus scientiam, & quidem ἰδιαιτάτα ita dictam, cum ibi propriæ affectiones de primis & adequatis subjectis per αἰτία συνεχῆ demonstrantur, id quod infra pluribus ostendetur; sub quo genere similiter καὶ ὑπὸ νοῦν subinfertur ipsum subjectum inhesionis, videlicet Animus humanus, utpote in quo solo ἐξῆς illa ἀποδεικνύται recipitur. Nec est, quòd hic aliquis Heraclitus aut Cratylus obtendas continuam rerum naturalium transmutationem, quòd propterea à de illis nihil verificetur. Physicus enim non agit de singularibus seu individuis, quæ perpetuæ γενέσθαι καὶ φθορῶν sunt obnoxia, sed de universalibus, quæ sunt fixa & stabilia. Detur itaq; res physicas quoad singularem naturam generari & corrumpi, & ita non cadere sub scientiam, attamen secundum speciem, ratione naturæ communis semper sunt, quatenus nimirum ad universitatem rediguntur, & ita à certis causis necessariò pendere dicuntur, ut eas esse vel non esse, fieri aut non fieri, non sit ἐφ' ἡμῖν, in nostra voluntate constitutum. Zab. l. 1. de Nat. Log. c. 2. Evanescit & illud quorundam κερσφύγετον, quo Physica, quia agat de casu & fortuna, scientia negatur. Fortuita enim dupliciter possunt considerari, vel in actu signato, & sic cadunt sub scientiam, atq; etiam à Physico considerantur: vel in actu exercito, & sic neg, à scientia explicari possunt, nec in Physica traduntur.

6. Quoniam autem essentia, genere confuse notata, est communicabilis, Scal. exerc. 178. sect. 5. necessaria est differentia, quæ generis amplitudinem restringat: unde etiam dicta differentia, quia differt, id est, in diversa fert, amoveretq; hoc ab hoc, & sic speciei conditrix est, Scal. exerc. 263. Differentia

rentia igitur ἀνευλογῆται τῆ ὕλης, proportione respondens materiae, scilicet circa quam, seu objecto, ut in definitione accidentium fieri consuevit, est corpus naturale.

7. Est autem corpus ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, & accipitur dupliciter, uno modo, ut est res prædicamenti substantiæ, alio modo, ut est res prædicamenti quantitatis. Posteriore modo corpus nihil est aliud, quam trina dimensio, & vocatur corpus Mathematicum. Priore verò modo consideratur rursus vel in modum partis, vel in modum totius. Consideratum per modum partis est altera compositi pars, distincta à forma εἰδοποιόση: quomodo dicimus, hominem constare corpore & animâ rationali. Hoc sensu intelligendus est Aristoteles, 4. Top. c. 5. §. 6. Corpus non esse genus animalis, ἐπεὶ δὴ μέγθ' ἐστὶ. Corpus autem consideratum per modum totius est corpus resultans immediate à conjunctione materiae & formæ: quæ notio adequata corporis est, ut sit corpus. Et taliter considerati corporis naturalis Physica est scientia, utpote quod habet internum principium motus & quietis.

8. Et eò respeximus, quando in definitione posuimus προσθήκῃ ἰλλαν προσδιοριστικῆν: Quatenus est naturale. In quovis enim scientiæ subjecto duo notanda veniunt: Materiale & Formale, seu quod idem est, Res considerata & modus considerandi; Res considerata est ea res, quæ disciplinis tractanda subicitur, in qua plures disciplinae convenire possunt: Modus considerandi ἀγοριστικῶν materialis determinat, & subjectum proprium efficit. Ab hoc formali pendet unitas scientiæ: μία ἢ ὅτιν ἐπιστήμη ἢ ἐνός γένους, scilicet τῆ ὁπῶν θεωρίας limitati, 1. post. c. 28. §. 179.

9. Quæ determinatio addita subjecto nostro, secernit illud ipsum ab aliarum scientiarum subjectis. Nam ut artes mittamus, quæ versantur in corporibus, Mathematicus quoque, qui contemplativus est, corpora contemplatur, non eâ tamen ratione, quatenus habent in se principium motus, quia hoc solum Philosophi naturalis proprium est. Zab. l. de nat. sc. const. c. 2. Idem, calculo suo comprobatur Philosophorum principium, Aristoteles, quando 2. Phys. 7. §. 71. inquit: ὅτι κινῆται κινῆται, sunt physice considerationis, ὅτι δὲ κινῆται ἐκ ἐα: h. e. id tantum à Physico ut subjectum considerandum est, quod in seipso habet motum & principium motus, ita ut quicquid huiusmodi sit, in ea scientia consideretur ut subjectum,

Etum, & quod tale non sit, consideretur vel ut principium naturale, vel ut accidens naturale. Est etiam hoc liquidum ex 1. 73. libri ejusdem, ubi dicitur, esse quasdam ἀρχαὶ φυσικῆς κινῆσεως, sed non physicas, i. e. non considerari, ut subjectum physicum, quia non habeant ἀρχὴν κινήσεως ἐν ἑαυτῇ.

10. Autoritati Aristotelica subjungimus firmam & ἀφύκτον rationem, sic argumentantes: Cui omnes conditiones subjecti scientifici competunt, illud est genuinum scientiæ subjectum statuendum. Sed corpori naturali competunt omnes conditiones subjecti scientifici. E. corpus naturale genuinum Physicæ subjectum est statuendum.

11. Majori ceu indubitata relicta, ad minoris probationem transimus. Conditiones subjecti scientifici recensentur quatuor, prima est, ut de eo nobis sit notum, & ipsum in rerum natura esse semper atq; necessario, & quid nomen significet: quanquam ἔδεν κωλύει, ἕναις ἐπισήμας ἕναι τῶν παροχῶν, οἷον τὸ ἦν μὴ ὑποτιθεῖν εἶναι, ἀντὶ φανερόν δὲ ἐστὶν. 1. post. Anal. 10. §. 78. Ideo subjectum in propria scientiâ nullo modo demonstratur. Cum enim sit basis & fundamentum omnium, quæ in scientia traduntur, eo in dubium vocato, negato, & è medio sublato, omnia, quæ de eo dicuntur, in dubium vocantur, negantur, & è medio tolluntur. Et hæc conditio etiam nostro subjecto competit: præcognoscitur, quid nomen significet, siquidem ejus declaratio tanquam totius scientiæ principium proponitur ab Aristotele in initio Physicorum; notissimum etiam est quod sit, ut si quis ei explicando diu immorari velit, φῶς ἡλίω δαμίζεν videretur.

12. Secunda conditio est, ut sit Ens per se & non per accidens, hoc est, ut absque humana cogitatione vel operatione jam existat. Quod προσκειμένου etiam deprehendi in corpore naturali, nemo ibi inficias, nisi qui διανοίας ἀγγεῖα laboraverit.

13. Tertia conditio est, ut habeat propria principia, καὶ τὰ κατ' αὐτὸ σμυβελήκοτα ζητούμενα, quibus omnibus substernatur. Hinc subjectum in ea scientia, in qua est subjectum, non consideratur, quatenus alteri inhæret: quo modo quantitas, quæ vicem subjecti in Mathematicis tenet, non consideratur ibi ut accidens, sed prout substat affectionibus suis. Zabar. com. sup. c. 30. l. 1. post. Anal. Quod & nostrum subjectum

jectum habeat sua principia & affectiones, sequentibus exercitationibus,
DEO dante, fiet manifestum.

14. Quarta conditio est, ut tōri scientiæ sit adequatum, ita ut
neq; eam excedat, neq; ab ea excedatur. Idem reperitur in corpore naturali.
Dic quæso, quæ pars hujus scientiæ, in qua de ipso non agatur? Nulla sanè
est, in qua non agatur de principio aut accidente aliquo corporis naturalis:
nulla est alia scientia, in qua agatur de corpore naturali, quatenus naturam
habet, & in qua ejus principia & accidentia, quæ talia, considerentur. Ergò
Physicæ subjectum nullum commodius potest statui, quàm cor-
pus naturale, quæ naturale: ὅπερ ἐστὶ δὲ φύσις.

15. Opiniones dissentientium quod attinet, eæ partim sunt
ἐν ὀρθότητι, & propterea in sanum sensum reducendæ, partim propter
fundamentum σαπρόν omninò rejiciendæ. Quando enim Thomistæ
adequatum Physicæ subjectum esse volunt ens mobile, nihil à nostra sen-
tentia diversum sentiunt, cum mobile intelligatur duobus modis:
vel pro passione quadam, quæ corpus consequitur, & ita subjecti rationem
determinare non potest, ea quippe differentia esset accidentalis. Vel pro eo,
quod habet in se naturam, materiam scilicet & formam seu principium, à quo
ejusmodi ἐπιτηδεύσις oritur. Et sic idem est, quod naturale, quamvis ἀκί-
νητος ἐπιτηδεύσις, rectius modus considerandi per naturale, quàm per mobile descri-
batur. Cum enim naturale utrumq; tam motum, quàm quietem involvat,
mobile autem tantum motum, illud adequatum, hoc minus adequatum vi-
detur.

16. Sic & Scotistæ, qui substantiam naturalem Physicæ ὑπε-
κείμενον esse asseverant, nostræ sententiæ sunt ὁμοφροῦν, licet in re
considerata quædam appareat differentia. Quæ tamen lis in speciem tantum
est, quia subordinatorum non est pugna: Ens, substantia & corpus sunt sub-
ordinata, hinc ergò pugna oriri nequit. In eorū cardo vertitur, quod qui ens
vel substantiam dicunt, ἢ subjectum Physicæ aliquantò remotius assignare vi-
deantur. Hoc tamen nihil refert, siquidem formale docet, quantum de ma-
teriali naturalis scientia tractandum sibi sumat.

17. Prorsus autem ἐ Lyceō semotas ac rejectas volumus alio-
rum præposterarum opiniones, insigni ἀπειθεύσις νεῦο notatas.
Nam qui ipsum DEUM, intelligentias atq; Angelos in Physicis ut
subjectum tractari volunt, nec illi absurdè res abstractas & simplices cum
corporeis

corporeis & materiae immersis confundunt, μη δύναμενοι κείναι τὰς δι-
κείας λόγους τῶν πραγμάτων καὶ τὰς ἀλλοτριότητας. Cum enim haec res
plane sint diversissima, quomodo quis ipsas uno considerandi modo limitabit?

18. Perperam etiam exorbitant ab ἀκριβείᾳ veritatis philosophicae,
qui naturam pro subjecto Physica venditant, per eam & principia & acci-
dentia & composita intelligentes. Subjectum autem proprie dictum, de quo
hic controversatur, non pro omni re, quae in scientia aliqua tractatur, acci-
pitur, sed pro ea, cujus tales sunt conditiones, quales supra recensebantur,
quae non coincidunt cum principis & affectionibus. Praeterea imperite ab is-
dem confunditur natura & res naturalis, quae suffragante Philosopho, 2.
Phys. 1. §. 12. φύσις ἓκ ἔστιν, ἀλλὰ τῆ φύσει, quoddam, quod naturam
constat.

19. Nec accedendum est illorum opinioni, qui aliquod naturali cor-
pore strictius subjectum esse dixerunt, nempe corpus generationi & inte-
ritui obnoxium, nisi θεμελίω hoc ἀθεμήλω. Cujus principia in primo
Physicorum libro quaeruntur, illud est subjectum totius scientiae naturalis. At
ibi tantum verum caducarum principia quaeruntur, fatente Aristotele, 1. Phys.
8. §. 68. E. Negamus enim majorem, & Zabarelleae sententiae ὁμόψυχοι,
putamus verum initium naturalis philosophiae sumendum esse
à secundo libro φυσικῆς ἀκροῦσεως: primum ἵσθησε ante-po-
situm propter nostram faciliorem cognitione q. ad cogno-
scendum generale subjectum Physices, spectare debemus. septem libris
sequentibus, non quid in primo agatur: in illis autem accurata πραγματεία
suscipitur omnium, quae competunt tam caducis, quam aeternis corporibus.
Zab. l. de Nat. sc. const. c. 5. Jul. Pac. proem. lib. 2. Phys.

20. Pro coronide dignum est consideratione id, quo de multi dubitá-
runt, μη δύνασθαι τὸ ἀληθὲς ἰκανῶς κείναι. Cum enim corpus natu-
rale late acceptum non sit univocum, sed analogum, analogum non
accipitur in sensu scholastico, quatenus iis, quae ἀφ' ἐνός, ἢ πρὸς ἐνὶ dicuntur,
correspondet, & ita pendentiam necessariam aliorum ab uno subinfert, sed
quatenus idem est, quod de duobus vel pluribus cum similitudine vel propor-
tione dicitur, non habet à ratione ordinis, secundum quem de uno κατὰ πρότε-
ρον, de altero κατὰ ὑστερον dicatur. Hujus exempla plura leguntur apud Ari-
stotelem in libris de Animalibus: ut membrum illud, quod in animali princi-
pium est & fons vitae, unum est analogiá: quia id non est in omnibus cor, sed

B

vel

vel cor, vel quiddam cordi proportionē respondens. Et idem etiam est asserendum de corpore naturam habente, quod caelestia & sublunaria ambitu suo complectitur: unum enim est analogiā, quoniam ut haec inferiora habent in se naturam, quae est internum principium motus singulorum naturalis: ita in caelo quoque principium internum sui motus esse dicimus, nec tamen propterea illud caelo competit per inferiora corpora, nec his per caelum, sed cuilibet naturali corpori convenit per seipsum.

SECTIO SECUNDA

διαγεσεολογική.

1. De divisione Physica acturi, procedemus I. κατ' ἄρσιν, removendo partitiones aliorum prolixas, qui propter multipliciter rerum in Physicis tractandarum, multiplices quoque ejusdem partes fecerunt. Conimbrienses in proem. Phys. p. 48. numerant decem partes, quarum prima continetur octo libris physicorum, & generatim differit de principiis causisque rerum naturalium & communibus affectionibus. Secunda libris de caelo comprehensa, agit de totius universi structurā & σωθέσει. Tertia in libris de Ortu contenta, explicat ea, quae φθαστοῖς conveniunt. Quarta Meteorologica mirandam elementorum κύκλω γένεσιν exhibet, & de imperfecte mixtis agit. Quinta Psychologica essentiam & operationes animae investigat. Sexta quasi quoddam ἐπιπέδιον ἢ ἐπίδογμα librorum de Anima disputat de generalibus partim omnium, partim quorundam viventium affectionibus, ut de sensu & sensili, somno & vigilia, & id genus aliis. Septima, quae Animalis historia nuncupatur, de animantium varietate commemorat. Octava de partibus animalium: Nona de eorundem generatione: Decima de illorum incessu differit.

2. κατὰ μέρος. Verum cum scientiae divisio sit ipsius objecti divisio, & istud in physicis primo ut genus quoddam commune proponatur, deinde ejusdem species singula perpendantur, διχοτομική hic commodissime usurpabitur, nec opus erit, id, quod tribus expediri poterat verbis, sesquipedali partitionis circuitu metiri. Nos itaque elegantiores Aristotelis in Peripato secuti interpretes, Physicam unam specie affirmamus, eamque dividimus in duas partes, Communem nimirum & Propriam, quarum illa Somatologia generalis, haec specialis appellari potest; non tamen quod corpora tantum considerentur in Physicis, cum ipsamet de principiis & affectionibus tractatio sit actu tractatio de corpore naturali.

3. Est autem communis pars, quae de corpore naturali latissime patentes,

patente, deq̄ communissimis corporum naturalium principiis & accidentibus agit id quod absolvitur à Philosopho nervosissimis istis libris octo Physicorum, qui ob id Acroamatici nuncupantur. Propria pars est, quæ de omnibus corporis naturalis speciebus agit id quod Aristoteles in omnibus reliquis libris physicis præstat.

4. Nec caret ratione hæc divisio. Corpus enim naturale, notante Zabarella c. 7. lib. de Nat. sc. const. τῆς χῶρος accipitur : 1. pro solo communi genere, sequestratâ specierum consideratione. 2. pro solo omnium specierum σωαθροισμῶ : simul sumta namq̄ generi videntur equipollere. 3. pro ambobus simul, & pro communi genere, & pro congerie omnium specierum. Primo modo sumtum corpus naturale est subjectum partis communis : secundo propria : tertio totius scientiæ.

5. Accedit Aristotelici ἡκφίσματ & autoritas, quæ 1. Phys. 1. jubet ἀπὸ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθέκαστα προΐεναι. In quibus verbis manifestum ostenditur discrimen duarum harum partium, communis scilicet & propria, quarum illa incipit à primis corporum naturalium principiis & affectibus, hæc ἡμῶς ad ipsorum corporum naturalium tractationem descendit : atq̄ ita ab universalibus seu communibus ad particularia seu propria fit progressio.

6. Huc etiam pertinet convenientia, quæ huius nostræ divisioni intercedit cum divisione 1. Organæ. Organum enim, quatenus ut ὅλον σῶλον seu systema præceptorum logicorum consideratur, dividitur in partem communem & propriam. 2. Ethicæ, quæ duas itidem habet partes, communem & propriam, quarum partium diversitas etiam manifestissime innuitur 4. Polit. 1. §. 59. ubi Ethicæ sit quasi σοιχθολογικὴ Politicæ, ex qua, seu parte generali, Politicæ, seu specialis pars, sua σοιχθῆα, seu principia nanciscatur, quando dicitur : ἢ δὴ κρίσις περὶ ἀπάντων τῶν ἐκ τῶν αὐτῶν σοιχθῶν ὄσιν. Si enim rectè dictum fuit in Ethicis, beatam vitam esse τὴν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον, virtutemq̄ esse mediocritatem, necesse est, mediam vitam esse optimam. Eodem modo Reipublicæ virtus definitur, ut ea demum optima censenda sit, quæ in facili & moderata bonorum μεσότητι consistat. Et tantum etiam de divisione Physicæ.

SECTIO TERTIA

ταξιοδηλωτικὴ.

1. Inter cætera ordinis elogia & hoc eminens, quòd lampadâ intelligentiæ

B 2

gentia nostre praeferat, & memoriam mirifice juvet. Quamobrem Horatiana
Musa epitheto ἐμφατικώτερον lucidus ordo, ac vulgò, memoriae Pa-
ter appellatur: ὁμωνύμουτα ἢ ὅτιν, ὅτι τὰξιν ἴνα ἔχῃ. Unde ultro
sequitur, illi, qui cum fructu in Physices umbraculis versari velit, aliquid ope-
ra collocandum esse in cognitione ordinis, quo Physica est conscripta.

2. Id, quod philosophorum Homerus post Ethicorum Nicomachico-
rum προύλιον inculcat sermò, & doctrinae sanioris ἀκροάσῃ interesse quasi
prohibet eum, qui in hoc de ordine disciplinarum progymnasmatè non fuerit
praeultus. Ita enim inquit 1. Eth. 4. Μὴ λαθῶνέτω δὲ ἡμᾶς, ὅτι διαφέ-
ρσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι, καὶ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς: Hoc est, id
latere nos non debet, quod differant viæ docendi, quæ à princi-
piis rei proficiscuntur, & eæ, quæ ad principia rei diriguntur. Idq̃
illustratur elegantissimâ similitudine, à stadio desumpta, quæ utriusq̃ ordinis,
tam Synthetici, quàm Analytici progressum ὁφθαλμοφανερῶς declarat.

3. Quemadmodum enim in stadio potest fieri ὁδὸς seu progressio
duplex, una quidem ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν, à brabeutis seu diribitoribus
premiorem, quæ in initio stadij cursoribus locabant, hoc est, à carceribus ad
metam, altera autem ἀνάπαλιν, à meta ad carceres, seu ἀθλοθέτας, propè
carceres consistentes: Ita & in disciplinis duplex attenditur progres-
sus, unus ἀπὸ τῶν ἀρχῶν συστατικῶν, à principiis rem constituentibus, ut
in scientiis: alter ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, à principiis μαθήσεως ad principia γενέ-
σεως, quæ γενέσεως est vel πρῶξις, ut in practicis disciplinīs, vel ποιήσις, ut
in artibus. Et hæc textus illius explicatio scopo Aristotelico conformis est, quic-
quid etiam contradicant illi, qui de methodo eum ἀτόπως & ἀσκοπῶς
explicant, contra quos disputantem, & nostram sententiam confirmantem
vide Zabar. l. 1. Apol. c. 6. p. 22. usq̃ ad 27.

4. Est ergò ordo Physicæ syntheticus seu compositivus; id
quod probamus 1. autoritate Aristoteleâ. Ita enim inquit 1. Phys. 1.
Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπιστάδῃ συμβαίνει περὶ πάσης τὰς μεθό-
δους, ὧν εἰσὶν ἀρχαὶ, ἢ αἰτία, ἢ σοιχῆα, ἐκ τῶν ταῦτα γνωρίζεν, ὅλον
ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἐπιστήμης πειρατέον πρῶτον διορίσασθαι τὰς
περὶ τὰς ἀρχὰς. In quibus verbis Philosophus vult ostendere, in tradenda
scientia naturali initium esse sumendum à primis rerum naturalium princi-
piis, quod quidem nihil est aliud, quàm eam scientiam esse disponendam or-
dine compositivo. Ad hoc autem confirmandum petit argumentum à fine:
quia

quia finis cuiusq; scientia theoretica est sola cognitio & perfecta rerum scientia, quae haberi nequit, nisi cognitio primis principiis, & quidem primis in eo genere, ex quibus caetera omnia ejusdem generis constantur. Ab horum itaq; tractatione incipiendum, quia ea in disciplinis anteponenda sunt, quae ad aliorum cognitionem adipiscendam necessaria: at primorum principiorum cognitio est necessaria ad perfectam rerum naturalium cognitionem. E. primo loco de eisdem agere cogimur: qui ordo est compositivus.

5. Quia autem aliquis inferre potuisset, sic nimirum omnes disciplinas esse scribendas ordine synthetico, quia Aristoteles utatur vocabulo τὰς μεθόδους, & verò reliquæ disciplinae peraeque vocari possint methodi, ad tacitam hanc objectionem respondet, limitando has voces per τὸ ἐπιστάτης καὶ εἰδέναι, per scire. Jam autem scientia proprie dicta locum non habet nisi in contemplativis, ubi res necessaria tractantur, cum reliquæ disciplinae versentur ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις, quae sunt in potestate nostra: & in caeteris scopus non est cognitio, sed operatio. Ergò ipse modus loquendi significat, ibi sermonem fieri de iis tantum methodis, quae finem habent praecipuum, scientiam, & per consequens etiam de Physica, quòd ea consimiliter solum Ariadneum ordinis synthetici sequi debeat: id quod ultima verba supra citati textus innuunt.

6. 2. Ratione. Ubi sunt partes principales & praecipua κεφάλαια ordinis synthetici, & eo modo, quem ordo syntheticus postulat, disposita, ibi est ordo syntheticus. Atqui in Physica Aristotelica sunt principales partes, seu praecipua κεφάλαια ordinis synthetici, & quidem eo modo, quem ordo syntheticus requirit, disposita. E. &

7. Major sua luce radiat, nec putamus illam ab aliquo in dubium vocatum iri, nisi qui turpi ἀποδυσία fascino sit dementatus: ordo siquidem totius disciplinae pendet ab ordine praecipuarum partium illius disciplinae, ad quas & ipsas caetera omnia revocari debent, si modo sint ὀνόματι ac vernacula illius disciplinae.

8. Minor probatur: κύρια κεφάλαια ordinis synthetici sunt tria: 1. Subjectum. 2. Principia. 3. Affectiones. Jam subsumimus omnia haec capita & quidem decenti modo disposita habentur in Physicis: id quod oculorum arbitrio sic exhibemus djudicandum. 1. ὑποτιθέται seu supponitur subjectum, nempe corpus naturae, quae naturale. 2. devenitur à primis principiis partim ὑπάρξεως, scilicet materia, forma & privatione, partim ἀποδείξεως, vid. naturam & causas. 3. ad affectio-

nes, quæ sunt vel principales, ut motus, de quo γενικῶς lib. 3. Phys. 5. & εἰδικῶς lib. 5. & 6. vel minus principales, ut locus, tempus, & id genus aliæ. Postmodum descenditur ad species corporis naturalis, quæ tam εὐτάκτως sese invicem sequuntur, ut ea propter Aristoteli immortales debeantur gratiæ, qui tam plinam nobis viam ostendit in latissimo hujus scientiæ campo, ut citra ullius remora interventum in eo emittendo progredi valeamus.

9. Hallucinantur ergo, qui speciem quandam ordinis analytici à fine ad totam artem, & à tota arte ad partes, Philosophiæ naturali accommodare satagunt. Quandoquidem id, quod dicunt, cupiditatem cognoscendi res naturales, quas intuemur, nos movere ad scientiæ naturalis constitutionem, ἀπὸ τῆς εὐτάκτου dicitur. Nam si desiderio cognoscendi res naturales trahimur, tunc ipsarum cognitionem nondum habemus, quare ad adipiscendam earum scientiam adnitimur, sed disciplinam, in qua earum cognitionem ab his tradimus, constituere non possumus, antequam nos ipsi eâ cognitione potiamur: sed eâ potiti, trahi possumus desiderio juvandi alios, & talem facultatem scribendi ac docendi. Non autem ordimur tunc ab εὐνοίᾳ τέλους, quod sit in practicis disciplinis, sed à præcognito subjecto. Ubinam igitur locum habet fœtus hic abortivus ordinis resolutivi?

10. Ergo manet ἀναμφίλεκτον. Physicam Aristoteleam esse conscriptam ordine synthetico; id quod hætenus probatum dedimus.

SECTIO QUARTA

ΜΕΘΟΔΟΣ ΕΠΙΓΝΩΣΤΙΚΗ.

1. Restat ultima particula hujus dissertationis nostræ, ubi aliquid de Methodo Physicæ subjiciendum. Quemadmodum enim ordo didascalicus facit, ut ejus adminiculo melius & doceamus & discamus, ita methodus simpliciter facit, ut & doceamus & discamus, cum deducat nos in ignoti cognitionem, & simul monstrat viam, per quam alios etiam ad ipsius veritatis sacraria deducere possimus.

2. Sic scilicet essentialiter sibi invicem coordinantur, & amicè conjurant, ut quamvis decentem ordinem rebus tractandis adhiberemus, nullam tamen methodum seu argumentandi rationem rebus dispositis adaptarem, nihil disceremus, & si tantùm methodo uteremur ἀνευ τέλεως, confusè & laboriosè disceremus. Hinc Zabarelleum pronunciatum observatu dignissimum, 3. de Matth. c. 17. Ordo eget methodo, & methodus ordine, amboq; requiruntur ad perfectam rerum scientiam.

3. Ne

3. Ne autem ambiguitate decipiamur, sciendum, vocabulum Me-
thodi sumi dupliciter, vel sub notione generis, & ita significat
transitum ab uno aliud, dividitur que in ordinem & methodum pro-
priè ita dictam, que cum sit ἀνώγουμ & , nomine sui generis indigitur,
& sub hac speciei notione considerata nihil est aliud, quàm intelle-
ctuale instrumentum, faciens ex notis cognitionem ignoti. Zab.
l. 3. de Method. c. 2. In quo posteriori significato vox methodi hic accipitur.

4. Uterius autem progrediendo, in hac ipsa acceptione reperimus
duas methodos, ex fontibus ac visceribus posterioriſtice analyſeos deriva-
tas, quarum altera ἀναλυτικὴ demonstrativa methodus vocatur,
quam Græci κυρίως ἀπόδειξις vel τὸ δῖόν nuncupant: nostri demon-
strationem poiſſimam, vel demonstrationem propter quid appellitare con-
sueverunt: altera, que ἀπὸ πρῶτων πρὸς ἡμᾶς procedit ἢ πρῶ-
τερα τῆ φύσε, seu quod idem est, ab effectu ad causam, resolutiva voca-
tur, quam Græci συλλογισμόν τὸ δῖόν vel διὰ σημείων, nostri demon-
strationem Quia, vel syllogismum à signo vocant. Prior cum sit huius loci,
dicimus in physicis dari demonstrationes ἀκριβολογίαν dictas.

5. Confirmamus hoc ratione duplici. 1. Ubiunque reperiuntur
omnia κριτήρια methodi Synthetica, ibi sedem habet metho-
dus synthetica, & consequenter demonstratio. Sed in Physicâ
reperiuntur omnia κριτήρια methodi synthetica. E. Minorem sta-
tuminamus per inductionem criteriorum apodicticorum, quorum tria
numerantur 1. post cap. 7. & 10. 1. est subjectum, Aristoteli
τὸ γένος τὸ ὑποκείμενον, ἢ τὰ πάθη, ἢ τὰ καθ' αὐτὰ συμβεβη-
κότα δὲ κλοῖ ἢ ἀπόδειξις. 2. affectiones demonstranda, Philosopho
ἀποδεικνύμενον συμπέρασμα, τὸ τοῦ ὅτι τὸ ὑπάρχοντῶ γένος καθ'
αὐτὸ. 3. principia Aristoteli τὰ κοινὰ, ἢ λέγομεν, ἀξιώματα, ἐξ ὧν
πρῶτων ἀποδεικνύσσι. Primum dari in Physicis, sectione primâ eviden-
ter est declaratum: Secundum & tertium ibidem dari, sequentibus
contemplationibus evincetur.

2. a fine. Ubi acquiritur firma & immota conclusionis
cognitio, ibi est demonstratio exquisitè sic dicta. Atqui in Phy-
sicis acquiritur firma & immota conclusionis cognitio. E. Minor
probat: τότε γὰρ οἰώμεθα ἐπιστάσθαι ἕκαστον ἀπλῶς, ὅταν τὴν τ'
αἰετῶν οἰώμεθα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρῶτον ἐστίν. 1. post 2. Jam verò
in Phy-

in Physica sunt talia prima principia, quæ nos provehunt in γνώσει acci-
dentium demonstrabilium ἀκριβέστατων: ut ita triplex illa necessitas
etiam in eâ inveniatur, necessitas vid. objecti, seu rei scibilis, quia res
naturales omnes sunt exente nostre actioni: necessitas medii, quia Phy-
sica habet causas affectionum simpliciter proximas: necessitas subjecti,
quod est animus, qui demonstrationibus physicis redditur ἀμετάπτωτος,
& omnis dubitationis expers.

7. Nec tamen quis ex dictis inferat, sic nullas rationes probabiles in
Physicâ debere inveniri cum tamen & sæpe Philosophus ipsdem usus fuerit.
Non enim diffitemur, sed dicimus, sæpe ab Aristotele adhibitas fuisse, ut futu-
re demonstrationi via pareretur & muniatur, aut principia declarentur: quem-
admodum tertia Dialecticæ facultatis utilitas 1. Top. 2. dicitur
εἶναι πρὸς τὰς ἡΐ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. Dialectica enim ἔξετα-
σικὰ ὄσα πρὸς τὰς ἀποσῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει.

8. Ex his omnibus elicimus πρόβλημα seu conjectarium ἀξιολογητέον
τον: In Physica non licet transire de genere in genus. Quia ita per
μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος immiscerentur principia aliena, ἀλλόθια.
Sicuti turpiter laboretur is, qui artem Medicam scientiæ naturali subalter-
nari ratus, huic vendicanda illi infarciret. Nam differunt 1. Subjecto: Phy-
sica habet ὑποκείμενον πρὸς ὃ ἀπόδειξις, Medicina πρὸς ὃ γένεσις, &
modo considerandi; Physicus quippe considerat corpus, quæ naturale est,
Medicina verò, quatenus morbis est obnoxium & sanari potest. Ergò in-
ter has duas disciplinas non datur subalternatio, quamvis affinitatem ac pen-
dentiam quandam ipsis non denegemus, sed potius suffraganeum nostrum cal-
culum addamus effato illi πολυθευδαιτώ: Ubi desinit Physicus, ibi
incipit Medicus. Et tantum etiam de hisce προδιδάγματα: hic si-
lum abruptimus, & ultimam huic disputationi manum imponimus.

Mantisse Questionum.

An Physica sit præponenda Ethicæ? A. Dissentit Simpli-
cius in proem. supra Categ. Arist.


Sitne Philosophia naturalis contemplatrix scientia, an pra-
ctica? Vide Colleg. Conimb. in proem. quæst. 3. art. 1. & seqq.


κῆδος αἰὲς θεῶ παναγίς φ.

F I N I S.

Nov. 2000 ^{8d.}







B.I.G.

Farbkarte #13



ΩΡΙΑ
 Physicarum,
 roamatici
 O PRIMA,
 E
TIONE,
 ORDINE ET
 PHYSICÆ,
 ditore & Auctore,
 rum & Doctissimorum
 venum,
 SIDE
 E KALERTO,
 ol.Stud.& Alum.Elect.
 ER LACHIU S,
 ancus Phil.Stud.
 ni M, DC, XXVI,
 oris solitis.
 S I Æ,
 GEORGIUS LIGER.

10

